UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini Nostri Iesv Christi Passione

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De fructibus qui ex Dominica Paßione colligendi sunt. Proœmium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49474

Visual Library

CONSIDERATIO SEPTIMA.

DE FRVCTIBVS, QVI EX DOMINICAE PASSIONIS meditatione colligendi ſunt.

IVXTA *ſancti Bernardi conſilium, duo potiſsimum in noſtræ Redemptionis myſterio expendenda veniunt: alterum eſt modus ſeu methodus, à* DEO *in illo efficiendo & abſoluendo vſurpata: alterum eſt fructus, qui ex illo eruendi ſunt.* Præcipuum & maximum *(inquit ille)* opus noſtræ Redemptionis, à memoria redemptorum aliquatenus nō recedat; in quo opere duo potiſſimum, quæ nunc occurrunt, veſtris ſtudijs intimare curabo. Duo ergo illa ſunt, modus & fructus. *Modum, de quo hactenus latè fuſequé tractauimus, dicit eſſe* DEI *(vt ita loquar) exinanitionem:* Et mo-

Serm.11.in Cant.
In Paſſione Dominica, modum & fructū præcipuè conſideranda eſſe.

dus quidem Dei exinanitio eſt; *Fructum noſtri de* Deo *impletionem*. Fructus verò noſtri de illo repletio. *Quæ omnia ſpem noſtram excitant, & amorem inflammant; quorum vtrunque ad ſpiritualem profectum nobis neceſſarium eſt. Vt ergo ſalubre ſanctiſsimi Patris huius conſilium ſequamur: cum hactenus iſ modo ac methodo egerimus, in ſequentibus capitibus, tractatio nobis erit de quibuſdam eximijs fructibus, quos animæ piæ ex ſacratiſsima Chriſti liberatoris noſtri paſsione colligere poterunt, ac debebunt.*

DE